Doleo in voluptate, cum te tuis adeo charum intelligo, ut et tuo cum incommodo, de retinendo te studeant. At si omnino hoc agant, cum tu aperte profitearis ~~tuos~~ tui animi sensus, non fungantur satis prudentum amicorum officio. Si qua tibi erunt exploratiora Heidelbergâ, fac sciam. De Basiliensi provincia nolim cogites. Quid tu? Latinior scilicet Medicus audire, disputationibus interesse; cursu te nunc istos tandem pueris relinque. Audies nimirum Bauhinum aut Stuparum; toga cathedrali ipse indutus: canes in templo mitt drey weissen stäblin: quattuor horas quotidie perdes; foeda & demonstria suspicibis Basiliensium civium; fibram sive culeo in eundem gustabis. Apage quaeso. Non possum mihi persuadere, quin si stipendium tuo sit par etiam, tamen ~~magno~~ molestiores labores, & tantarum contemptum istorum civium Basil. Hoc tibi aperte dico, demortuo Zuingero mihi Basilea non quidem amara, sed tamen multo insuavior reddita est. Spero adhuc meliora Heidelbergâ. Vale. XIV Aprilis. Altdorfio. Si quid novi habes ex patria nostra Basileâ, velim certiorem me reddas. Puto propediem Joach. Camerarium, amicum meum magnum apud nostrum Comitem fore. Si forte congrediamini, velis ne mihi eam benevolentiam, qua me prosequitur: id facies, si me apud te quoque in eo officio commemorasse ostendes. Tuos volo salutare: volo et D. Lupichium, Brackium, ceteros. Tuis anniversarijs forsitan istic te videbo.

Juvenes hosce, Lauenburgenses Fabritium, optimum, optimisque studijs deditissimum, ~~tibi~~ volo commendo.

T. Scherbij.

Ambergam.

Optimo et eruditiss.o viro, D. Theophilo Madero, Scholæ Electoralis ibidem Moderatori, amico meo certo S. P. D.